

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

**Parisiis, 1644**

Epistola IV. Evgenii Papae III. Ad Vniversvm Clervm Romanvm. Vt capellani  
promittant obedientiam rectoribus titulorum, siue ecclesiarum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15588**

festiuitate proximi sequentis anni, tibi & ipsi diem præfiximus, ut tunc, præsentibus partibus, de dignitate ecclesiæ sancti Dauid, & libertate sua rei veritatem cognoscamus, & quod iustum fuerit, auctore Domino, exinde statuamus.

Datum Meldis tertio Kalendas Iulii.

## PISTOLA III.

## EVGENII PAPÆ III.

AD HILDEGARDEM ABBATISSAM.

Monet eam ut per humilitatem studeat donum prophetiæ conseruare.

**M**IRAMVR o filia, &c. Extat infra in Concilio Treuenensis sub Eugenio.

## PISTOLA IV.

## EVGENII PAPÆ III.

AD VNIVERSVM CLERVM ROMANVM.

Vt capellani promittant obedientiam rectoribus titulorum, siue ecclesiarum.

Eugenius tertius uniuerso Romano clero.

**F**ALLAX & inuidus humani generis inimicus per Arnaldum schismaticum, quasi per membrum proprium, hoc effecit, ut quidam capellani unitatem ecclesiæ, quæ sectionem non patitur, quantum in eis est, diuidentes, ipsius Arnaldi sequantur errorem: & cardinalibus atque archipresbyteris suis obedientiam & reuerentiam promittere & exhibere debitam contradicant. Ne igitur vires dare præfati schismatici prauis actionibus per silentium de cetero videamur, per præsentia vobis scripta mandamus atque præcipimus, quatenus præfatum Arnaldum, tamquam schismaticum modis omnibus deuitemus. Quod si aliqui clerici Dei & sanctæ ecclesiæ contemptores, eius errorum post præsentium acceptiōem sequi præsumperint, scire vos volumus, quia tam officio quam beneficio ecclesiastico reddemus eos penitus alienos.

Datum Brixiae Idibus Iulii.

destit  
inente  
ut que  
falsa.